

Respondit medicus forsán commotus in ira:
 'Cardiacum te faxo indignum vivere sanum;
 Utere nunc pretio nostro cum fine maligno'.

(28b) ein vierzeiliges:

Famosos postquam genuit dea Terra gygantes,
 Post famam et magnos reges, peperit quoque mures.
 Non multum a nostris abludit imago magistris,
 Qui apparent hodie, et qui forte fuere priores.

De passeribus.

Audivi corvum plus iusto dicere cobbo.
 Mira dei nutu natura est dives in actu:
 Prodocet altilia effari dux femina¹ verbi.

(f. 29) Ventris amore 'Pater noster' studet edere passer,
 Ac plures inconcessas formare loquelas.

(29b) Quod quidam pilosum habuit cor.

Callidior priscis fuit ex nebulonibus unus,
 Fraudes concinnans plures sub corde piloso.
 Verum defuncti rimantur viscera testes
 Inventumque nefas mirantur et hispida corda:
 'Immo, foris quam fraudem exercuit, intus habebat'.

Von Bl. 30a an kommen Gedichte von ungleichem Umfange.

(30a) De insipiente magistro et discipulis eius.

Presbiteri insulsi super hoc responsa parabant:
 'Nos docuit sapiens multorum Drogo² magister,
 Nobis iudicibus quo non sapientior alter'.
 Consultus nescit Sabaoth et Osanna quid esset
 Ac "dominus vobiscum" se nescire professus.
 Credo quod docuit proprio de nomine traxit,
 Deceptis³ decepit, fraus in fraude pependit⁴.

De immaturis maritis.

Hic deberet adhuc puer ignorare quid esset
 Uxor, et intactus mundis requiescere cunis.
 Ante maritus erit modo, quam prorumpet ab ovo.
 Olim ter denis, nunc denis nubitur annis.

De sterili victu fratrum.

Lassos ante boves paleę iaculantur edendę
 (f. 30b) Et psallunt steriles Christi pia munera fratres.
 Absque cibis quos hic ventosa cucurbita⁵ pascit,
 Nemo vetat servire, velint si vivere vento.

1) Sic! wahrscheinlich ist 'famina' zu bessern. 2) Darüber: proprium nomen, insipiens presbiter. 3) Vielleicht ist zu verbessern Deceptus. 4) Der Dichter denkt an einen Zusammenhang des Namens Drogo mit driugan, trügen. 5) Gl. mali prepositi.